Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epicedia. In Obitum Clarissimi, Doctissimique Viri, Dn. M. Caspari Heppii, Primae Curiae Academiae Argemtinensis Praeceptoris Fidelissimi, Piè Placideque in Christo defuncti VIII. Nonar. Januarij. ...

Hepp, Kaspar

[s.l.], 1607

[Fließtext]

urn:nbn:de:bsz:31-137207

Visual Library

EPICEDIA.

In Obitum

CLARISSIMI, DOCTISSIMIQUE VIRI, Dn. M. CASPARI HEPPII, PRIMÆ CURIÆ ACADEMIÆ ARGEMTINENSIS PRÆCEPTORIS FIDELISſimi, Piè Placideque in Chriſto defuncti VIII. Nonar. Januarij.

Anno à Partu Uirgineo.

Ibat aD ChrIſtVM.

Vltimi & debiti Honoris ergò Scripta à Diſcipulis.

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ.

CASPARVS HEPIVS.

PERCASVS AH PIVS.

O ſæva mors num nemini venis
Benigna? parciens
Pijs probiſque? nemini puta:
Mox cum impijs ego
Abire iubeo probos quoque:
Credo: PIUM modò
Duriſsimè nam ſic rapis meum
Didaſcalum fidum:
Quem perdolent lugentq; ſqualidè
Cuncti pij probi,
Dicuntque, Patronus migravit hinc
PER CASUS AH PIUS.

Michael Feltzius
Argentinenſis.

II.

QUid nî dolerem nunc ego? cum mors atrox
Scholæ Magiſtrum hunc auſerat?
Cum immitis atque acerba mors non parcat, ah!
Tali, dolerem quid nî ego?
Nam quanta noſtris Lux erat ille en Scholis,
Fautor Minervæ, & Palladis.
Mentem meam ſed recreat dictum Jobi,
Qui fons erat patientiæ:
(DEUS dedit, DEUS quoq; abſtulit VIRUM hũc)
Nam ſpero rurſus comparem,
Et talem, amiſit ceu modò gemens Schola,
Ne quicquam nobis deſiet.
Semper manebunt diſciplinæ, Nominis
Ad gloriam Dei. Satis.

Georgius Gallius
Argentinenſis.

III.

COnditur hoc tumulo placidâ jam morte ſolutus
Heppius, Aönidum gloria, fama, decus.
Quem pia relligio, pietas, moderatio, candor
Extulit ingenuus ſidera aduſque poli.
Qui multos docuit dialectica ſoluere tela:
Et doctè docto cum Cicerone loqui.
Non penitùs tamen occubuit: ſed ſidera celſa,
Inque vicem petijt tecta beata poli.
Quis non felicem ferat hunc? qui ſede refixus
Tali, perpetuæ gaudia lucis agit.

Laurentius VVerth Noribergenſis
famulus ſubiectiſsimus.

EXCUDEBAT Conradus Scher.

EPICEDIA.

In Obitum

CLARISSIMI, DOCTISSIMIQUE VIRI, Dn. M. CASPARI HEPPII, PRIMÆ CURIÆ ACADEMIÆ ARGEMTINENSIS PRÆCEPTORIS FIDELISſimi, Piè Placideque in Chriſto defuncti VIII. Nonar. Januarij.

Anno à Partu Uirgineo.

Ibat aD ChrIſtVM.

Vltimi & debiti Honoris ergò Scripta à Diſcipulis.

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ.

CASPARVS HEPIVS.

PERCASVS AH PIVS.

O ſæva mors num nemini venis
Benigna? parciens
Pijs probiſque? nemini puta:
Mox cum impijs ego
Abire iubeo probos quoque:
Credo: PIUM modò
Duriſsimè nam ſic rapis meum
Didaſcalum fidum:
Quem perdolent lugentq́ ſqualidè
Cuncti pij probi,
Dicuntque, Patronus migravit hinc
PER CASUS AH PIUS.

Michael Feltzius
Argentinenſis.

II.

QUidnî dolerem nunc ego? cum mors atrox
Scholæ Magiſtrum hunc auferat?

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Argentinenſis.

II.

QUidnî dolerem nunc ego? cum mors atrox
Scholæ Magiſtrum hunc auferat?
Cum immitis atque acerba mors non parcat, ah!
Tali, dolerem quidnî ego?
Nam quanta noſtris Lux erat ille en Scholis,
Fautor Minervæ, & Palladis.
Mentem meam ſed recreat dictum Jobi,
Qui fons erat patientiæ:
(DEUS dedit, DEUS quoq; abſtulit VIRUM hũc)
Nam ſpero rurſus comparem,
Et talem, amiſit ceu modò gemens Schola,
Ne quicquam nobis deſiet.
Semper manebunt diſciplinæ, Nominis
Ad gloriam Dei. Satis.

Georgius Gollius
Argentinenſis.

III.

COnditur hoc tumulo placidâ jam morte ſolutus
Heppius, Aönidum gloria, fama, decus.
Quem pia relligio, pietas, moderatio, candor
Extulit ingenuus ſidera aduſque poli.
Qui multos docuit dialectica ſoluere tela:
Et doctè docto cum Cicerone loqui.
Non penitùs tamen occubuit: ſed ſidera celſa,
Inque vicem petijt tecta beata poli.
Quis non felicem ferat hunc? qui ſede refixus
Tali, perpetuæ gaudia lucis agit.

Laurentius VVerth Noribergenſis
famulus ſubiectiſſimus,

EXCUDEBAT Conradus Scher.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST